Joannis Belzecky succesorumq eius relinquimus. Ita ut cives et incolo non aliti quam coram suo Advocato Advocatus vero Proconsul et Consules non nisi coram eodem Domino suo in causis magnis et parvis respondere teneantur Tribuimusq illis ultra Nundinas et Fora septimanalia per nos eisdem speciali Privilegio nostro concessa, eas omnes immunitates illis in literis superius recensitis, per praedictum Joannem Belzecky attributas et concessas Volentes eos per omnia pares esse alijs omnibus ciuitatibus Regni nostri Et insuper volentes eidem Joanni Belzecky praefatisq nouis ciuibus gratiam nostram declarare tribuimus eisdem libertatem ab omnibus Teloneis et exactionibus publicis et priuatis ad annorum decursum Domo a Portnoctis alijsq angarijs et pangarijs eosdem perpetuo liberos et absolutos esse volumus Harum quibus sigillum etc. Datum Cracouie in Conuentu Regni Generali die x mensis martij Anno MDXV Rex

Vadium

Sigismundus etc.

Magco Mathie Sebinsky Praesidi Sanocien vel in eius absentia locum eiustenen Sincere nobis dilecto gratiam nostram Regiam Magce sincere nobis dilecte Conqueritur grauiter nobilis Hermanis ab Vnna quod Nobiles Albertus Drey et Georgius ab Vrnanis eiecto illo ex bonorum suorum possessione uxore interfecta supellectili omni igni studiose coniecto absumpta et ipsi graues aperetasq inimicitias in vitae ipsius discrimen denunciant. Volen itaq huic insolentiae obuiam ire Sine. tuae Mandamus ut Vadium nostrum videlicet quatuor millium aureorum Vngaricalium cuius medietatem fisco nostro alteram laeso transgressor debebit inter partes praefatas interponat eisdemq sub eodem Vadio Seuis iniungat atq id ipsum Scripto in domos et domicilia eorum transmisso intimet et vt ab omnibus iniurijs et violentijs inter se abstineant sed si quid rei inter se habent secum iure agant Quod si qua partium minus fecerit posthabita eam ad debitam satisfactionem vel ad minus iuratoriam cautionem compellat pro gratia nostra officijq sui debito etc. Datum etc. Scribatur eisdem salvus conductus in forma consueta ab omibus perdit etc.

348